



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXVI. De Perduellione v. Rubr. Majestas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

Quam regulam etiam procedere in contractibus, textus est in *l. Aristo. 3. in fin. quæ res pign. oblig. poss.* ita ex persona minorum eorum successores restituuntur, licet ipsi majores sint. *l. 18. §. ult. ff. de minor. C. A. dict. tit. thes. 90.* aliud exemplum vid. in *l. 9. de assignand. libert. & apud Joh. Strauch, disput. 4. de success. thes. 12. in fin.* quamvis eam non esse universalem, sed particularem, vid. not. ad text. 2. feud. 26. §. 4. vers. licet. & ad *l. 38. de bon. libert.* colligi licet ex *l. 38. de bon. libert.* ubi dicitur, non debere per alium bonâ fide consequi eum, qui suo nomine à bona fide remouetur. Unde etiam asseritur, quod per me non possum, neque per alium efficere potero. Quapropter multum interesse, utrum per se directè & principaliter heres fiat, an per alium aut per successorem, perhibetur in *l. qui liberis 8. §. ult. de vulg. subst. l. ult. de legat. 3. l. 6. ff. de his quib. ut indign. imò is, qui per alium beneficium consecutus est, etiam ante eum sibi vigilare, & petere potest. l. si potest 10. §. ult. de bon. possess. contr. tab. Cujac. ad *l. 14. de legat. præs.**

II.

Per alium quod quis facit, ipse fecisse putatur, & perinde est, ac si per se ipsum faciat. *can. qui facit. 72. de Reg. jur. in 6. ratio indicatur in l. si ego 6. ibi: qui initium ei præstiterim. ff. quod vi aut clam. quod non tantum in contractibus, l. qui mandat. 56. l. cum 64. in fin. de solut. l. singularia 15. ff. de reb. cred. & actibus aliis, l. quod statu liber. 41. de donat. mort. caus. veluti jurisdictionalibus, l. etsi 3. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisdict. sed etiam in delictis procedere, patet ex *l. 7. §. 4. ff. arb. furt. casar. l. utrum 6. ff. ad L. Pompej. & parricid. l. ita vulneratus 51. ff. de L. Aquil. l. non solum 11. §. 3. ff. de injur. add. & l. is damnatus 169. de R. J. vid. Peck, ad d. c. qui facit 72. ubi ad contraria respondet de R. J. in 6. n. 13. Sic qui per alium possidet, ipse possidere intelligitur *l. 1. §. 20. l. 18. de acquir. poss. ubi Coll. Argent. thes. 17. n. 13.***

CAP. XXVI.

De Perduellione v. Rubr. Majestas.

Axioma I.

Quoties quis contra vitam principis vel Reipublicæ securitatem quid molitur, toties committit crimen perduellionis. Quia sic directò animo hostili turbatur status publicus, inde hoc crimen gravius est, quàm læsæ Majestatis. Exemplum habemus in *l. 1. §. 2. l. 23. & 24. ff. ad L. Jul. Majest.* quod etiam pertinet, si quis extra necessitatem hosti urbem dederit, aut etiam secreta quovis modo eidem revelaverit. *l. 6. §. 4. ff. de re milit.*

II.

Processus perduellionis post mortem rei etiam inchoari potest *l. 6. 7. 8. C. ad L. Jul. Majest.* quia memoria rei damnatur *d. l. 6. & 8. l. fin. C. eod.* nomen ejusdem ex catalogo virorum honestorum tollitur, insignia honoris convelluntur *l. 24.*

ff. de pæn. ades destruuntur, Carpz. Pract. Crim. Q. 41. num. 11.

III.

Quicumque non est subditus, ille crimen perduellionis non committit. Fundatur enim hoc crimen in violatione obligationis specialis ex homagio redundantis; non ergò perduellionem committunt vasalli. *Clem. Pastoralis de sent. & re judic. neque advenæ vel extranei, Carpzov. Pract. Crim. Quæst. 41. n. 16. Gail. de P. P. Lib. 2. cap. 13. num. 19.*

CAP. XXVII.

Peregrinus.

Axioma I.

Peregrini juris civilis capaces non sunt. *l. qui testamento 20. §. servus 7. ff. qui testam. fac. & ideò nec testamenti factionem habere dicuntur. l. 1. C. de hered. institut. & ibi Sichard. n. 3. & l. 2. §. 2. ff. eod. Phil. Matth. ad l. 8. n. 12. de R. J.* Ubi tamen nota, verbum peregrini duplicem admittere significationem, ita ut nonnunquam designet eum, qui jus civitatis Romanæ amisit, ex causa pœnæ, quales sunt illi, quibus aqua & igni interdictum est, aut qui deportati, adeoque de numero civium sunt exempti. *l. 6. §. 2. ff. de hered. institut. l. 10. §. ff. de in jus vocand. interdum denotet etiam eum, qui non sit civis Romanus, ut in l. 2. §. post aliquot 28. ff. de O. I. l. 9. §. 4. ff. de dol. malo.* Licet igitur priori casu peregrini nec jus testandi, nec etiam ex testamentis quicquam capiendi habuerint, *d. l. 1. C. de hered. institut.* secus tamen in casu posteriori, ubi peregrinus pro extraneo accipitur, dicendum erit. *l. 9. & 11. C. de hered. institut. vid. Harprecht, ad pr. Instit. de testam. ordin. n. 81. Gilcken ad l. 1. C. de hered. institut. n. 2.*

II.

Quid ad nos, qui foris sunt, Paulus 1. ad Cor. 4. cap. gaudemus 8. de divort. cap. multi 18. caus. 2. q. 1. Nat. 1. consil. 139. incip. Andr. Sicul. num. 15.

CAP. XXIX.

Perfectum, Perfectus.

Axioma I.

Perfectum dicitur illud, quod ex omnibus partibus constat. *l. nihil. 2. & ibi Bald. Cod. de vindict. libert.* Ludov. Gomez ad §. suent. n. 18. Instit. de action. & cui nihil superaddi potest. Besold. 6. consil. 268. num. 4. Quod enim efficientem, materiale, formalem & finalem causam habet, illud perfectum dicitur, prout not. Bart. in proæm. ff. Canonist. in proæm. decret. & in causa nos de sponsal. Vult. 2. Consil. Marp. 24. n. 50. Unde etiam neque opus, nec aliud quicquam perfectum videri potest, cujus materiæ forma ita impressa non est, ut sine sua statim